



**Responsa De Ivre Canonico Præsertim Novissimo**

**Zype, Frans van den**

**Antverpiæ, M. DC. XLV.**

Resp. I. De diuersis dominis vnius feudi, & iure venandi.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73071](#)

liberationem nulliter factam esse: item chartas Episcopales non vetat ad Capitulum pervenire; sed mandat successori restituiri &c. s. 7. c. 10. intra annum vetat; post annum permittit dari dimissorias a Capitulo. ac proinde satis liquere videtur agnosci in Capitulo iurisdictionem, & si vicarium creari vnum, vel plures, & oeconomicum pro fructibus. Id enim ea ex causa potissimum videtur fieri iussum, quia pene esset impossibile, ut, si Capitulum per se totum administraret, singulis ecclesiis necessitatibus, praesertim repentinis, & moram non ferentibus, pro debito posset satisficeri.

## De feudis.

## RESPONSVI.

De diversis dominis viriis, feudi, & iure venandi.

**O**fficium villici feudi nomine possidetur; praescribere ergo aduersus fidelitatem non potest. *Papon. arref. l. 12. t. 12. ar. 20. 21.* Villicus officiarius est, procurator, seu mandatarius. *I. urbana familia & ibi Alciat. D. de verb. signif.* unde illud euangelicum; redde rationem villicationis tue. siue ergo officium sit perpetuum, siue temporale; fines mandati domini sui diligenter debet obseruare. *l. 5. D. Mand.* & non obsistere domini utilitati, aut committere feloniam. ex qua etiam hodie vasalli priuantur. *Gudelin. de feud. p. 5. c. 1. post Chafsan. Boer. Molin. Papon. d. l. 13. iii. 13. ar. 9. & seqq.* aut debet sponte refutare feudum. *l. 2. feud. 1. 28.* *Gudelin. ubi supra c. 2.* nec potest vasallos aut emphyteutas Domini sui, suos vasallos aut emphyteutas, aut censuarios facere; aut

censitalibus suis libris inscribere. quamquam enim secundus cen- An vnu feudi plu- fatus sine praeiudicio primi impon- res dom- esse pos- fuit? n. 9. ita ut prior tempore maneat praecipuus. *arg. c. constitutus. X. de re- lig. dom. Papoz. ubi supra citans Felin.* in c. causam de probat. *Ioan. Fabr. in s. adeo Inst. de loc. & cond.* tamen quo- ad iura dominicalia ab alio, quam primo domino recognoscenda, id non est permisum. *idem Faber in l. cum dubitatur in princ. n. 8. C. de Iur. emphe.* & de fidelitatis iuramento deferre decisum est. in c. 22. X. de Iureinr.

Dux Brabantiae omne allodium in villa W. contulit monasterio S. B. retinuit tamen in eadem dominium alte iusticie, & in sua H. venationes ferarum: quod teuhonice volvivanc dicitur: & quod mona- stericum non poterit extirpare sylam;

*4.* nisi de Ducis voluntate: quae fitum Venatio ad quem per-

est an ad monasterium spectet.

venatio perdicum; an ad illum

cui postea Dux dominium altæ iusticie concessit? iure quidem

naturali, & civili Romano venatio cuique permissa est; ita ut fe-

ræ capientium sicut. *l. 1. D. de acquir.*

*rer. dom.* nec interfit quoad be-

stias, feras, & volucres vtrum in

suo quisque fundo capiat, an in

alieno. *l. 3. D. cod. 9. serie Inst. de ver-*

*diis. c. ius naturale. dist. 1. l. vn. C.*

*de venat. fer. lib. i. 1.* vt iniuriarum

tenetur, qui pescari aut aucupa-

ri quem prohibuerit. *l. iniuriarum*

*13. 9. vlt. D. de iniur.* Quam-

quam in Germania venatio Prin-

cipibus reseruata ex historijs pri-

dem videatur. unde ex *Cram. hist.*

*eccl. l. 1. c. 2.* refert Baronius ad

*an. 804.* Carolum Magnum Ostia-

burgensi ecclesia nemus certis fi-

nibus definitum dedisse, cum

omni, inquit diploma, integritate

in porci silvestribus, cervis, au-

bis, & pisticibus, omnique venati-

one, que sub banno usuali ad fore-

sum deputatur, ad similitudinem

foresti nostri Aquigrani in sua,

*I. 2. Ossiningi*

Villicus va-  
libus an-  
dices  
dominum  
penebatur?

Obistens  
domini vii.  
lati felo-  
niam com-  
mittit, &  
fondo po-  
ret primari,

100

Ossiningi in perpetuum pietatis usum donauimus: ea videlicet ratione, quod se quisquam hoc idem nemus nostro banno munitum sine predicta sedis Episcopi licentia studio venandi, vel altud agendi unquam introierit, sciat se tam diuine quam regie ultioris vindictam incursum; necnon pro delito sexaginta solidos nostri ponderis, quos nobis pro banno violato debere statuimus, redditurum. Insuper vero eidem Episcopo, eiusque successoribus perpetuam concedimus licentiam, libertatem, & ab omni regali imperio absolutionem: nisi fori contingat &c.

Superuenit tandem constitutio Frederici de pace tenenda, & eius violat in usibus feudorum. nemo, inquit, retia sua, aut laqueos, aut alia quelibet instrumenta, ad capiendas venationes tendat, nisi ad urfos, apros, vel lupos capiendos. quod & si non male intelligatur ne cum armis huiusmodi venatio fiat, aut defendatur armis; propter paragraphum antecedentem, & consequentem, rusticis, viatoribus, nec non militibus non idoneo loco arma vetantem; tamen multis locis generaliter recepta est huiusmodi prohibitio. Vnde nata est nobilis illa questio, an Principibus licet venationem subditis interdicere? de qua citati à Fachin. lib. 1. contravers. c. 1. & in Hollandia quidem Grotius in *Introduct.* ad Bataviam iurisprudentiam l. 2. p. 4. animaduertendum esse dicit, quod auecupum nobilium volucrum spectet ad supremitatem Principis; eorumne quibus huiusmodi ius concesserit, piscatio etiam in fluminibus, & venatio quadrupedum, nisi quod magnates liberi domini, vnum ceruum quotannis, & minores feras, vt cuniculos & leopores, omnes nobiles venari possint. In Brabantia autem per latum *Introitum* ar. 33. 34. 35. liberius est venatio. vt quilibet venari possit lepores, & vulpes per totam

Brabantiam, & cuniculos extra loca immunitia (vrije veranden) & vindique cum volucribus auecupari. denique omnibus militibus, scutiferis, alijsque bonis viris incolis Brabantiae, per totam item Brabantiam, exceptis certis locis liberis, seu syluis regis, grandes feras venari.

Vtrobique autem animaduerti potest venationem nobiliter esse exercendam, & ferre per nobiles maiorum ferarum, ethi viam quotannis magnatibus tantum permittant Batavi, vt dinamus. Vnde & alibi quæstum est, quibus dynastis, aut toparchis, ius venandi competat? & in additionibus ad arresta Paponis l. 13. m. 2. arrest. 2. iudicatu dicitur in putura 1573. Dominio quidem per totum suum territorium; vallo autem in fundo suo dumtaxat venationem licere. & 1561. in Arrestis general. etiam domino habenti medium, & infimam iurisdictionem. ijque arrestis conformiter sapientis hic iudicatum fuisse refert Christinæus vol. 3. de ven. ferar. decis. 84. n. 32.

Et vero cum iure quisque prohibere possit, ne alius agrum suum ingrediatur; d. 5. c. 1. venandi ius, aliumque prohibendi, magis ei qui habet infimam iurisdictionem qui altam, competere dicendum foret; quippe si fundi clausi dominus est, alius tantum terrendi potestatem habet. l. p. pillars. 5. territorium. D. de verb. sign. quo non spectat prohibitio ingrediendi fundum, & venandi, nisi & hoc à Principe supremo concessum sit. nam qui de prohibenda venatione tractant, & speciatim Counar. in relect. c. 1. postum. de reg. iur. p. 2. q. 8. ius ferre vindicari argumentis dumtaxat, que superimo Principi competant: vi. is possit prohibere, vt quæ natura fecit communia, vni Principi seruerantur; ut ei, cui ille ius istiusmodi dederit. Fachin. & citati obi sup. l. sec. est conf. quam-

quamquam Borell. l. 4. c. 3. de editio  
magis. huiusmodi venationes vel  
ab ipsis supremis Principibus pro-  
hiberi, multo minus ab inferiori-  
bus posse negat, pluresque secum  
fidentes citat. & n. quidem 7.  
dominum territorij auctorat posse  
quidem prohibere territorij (feu-  
potius fundi) ingressum; non ta-  
men aucupium, aut venationem.

Sed in easu nostro in silua H.  
tantum Dux referuat venationes  
ferarum: quam ex d. ar. 34. lati  
introitus, & Grotio dignissimam esse  
venationem ferarum grandium  
mox diximus: eoque Dux H. ean-  
dem sibi referuat dictis verbis; &  
in silua venationes ferarum, vtique  
ceruorum, a prorum & similium;  
quaer ferè alibi inter regalia haben-  
tur. adeo ut in Anglia ex constitu-  
tione Guilielmi II. capitale fuerit  
prehendere ceruum. ut de eo Mal-  
mesbur loquitur autem Dux in sin-  
gulari, de silua; scilicet de qua  
paullò ante inquit, silua qua vocatur  
H. in istiusmodi enim mag-  
nis siluis grandiores illæ bestiæ  
solent hospitari, minores etiam  
alibi; adeoque harum respecture  
tinuum, inquit, in silua venationes  
ferarum, vbi feras eo sensu accipere  
congruit, quo in d. tit. de ve-  
nat. ferar. tit. 48. C. lib. 11. vbi tota  
lex unica loquitur de feris gran-  
dioribus, quo fine idem Dux stipu-  
latur, quod d. silua Domus pra-  
dicta, inquit, non extirpabit, neque,  
extirpare poterit, nisi de nostra volun-  
tate. ne ea extirpata defint feræ,  
& venationis voluptas ibi Princi-  
pi auferatur (quale aliquid reperi-  
mus in c. cum dilecti. X. de donat.)  
In alijs autem siluis, pascuis &c.  
Dux omne allodium concessit, &  
ius omne retento tantum altæ iu-  
sticiæ dominio.

Cum ergo, quod prætor vetat  
in uno, censeatur in altero conce-  
dere; L. cum prætor. D. de iudic. &  
& quod de uno negatur, in altero  
censeatur admitti; c. nonne. X. de  
præsumpt. qui res certas excipit, inquit

lex quæ situm. §. idem respondit. D. de  
instru. le. non potest non videtur de  
ceteris rebus sensisse. dicendum est  
ergo tam extra d. siluam ve-  
nationem non esse reseruatam; quæ  
in ipsa silua venationem ferarum  
dumtaxat grandiorum, non mi-  
norum. idque significari ea voce  
vultu vanck. quæ in principali signi-  
ficatu de grandiorum ferarum  
captura solet intelligi à venatori-  
bus, & in unaquaque arte voca-  
bula artis accienda fuit sicut sol-  
lent accipi à peritis artis. vt dici-  
tur de modo loquendi patris fa-  
milia, regionis, &c. l. numinis. 75.  
D. de legat. 3.

Nec obstare potest, si dicatur  
Ducem conferre allodium in deci-  
mis, pratis, silvis, & piscariis; non  
autem ibi addere, venationibus:  
ad eoque iure piscandi expreflo ve-  
nationem videtur reseruatam: d. c.  
cum prætor. d. l. nonne: quia argu-  
mentum istiusmodi plaueibile es-  
set, si alia verba antecedentia &  
consequentia non oblistarent. pre-  
terquam enim quod exempla ex-  
pressa non restringant regulam; in-  
super subiungitur, cum omnibus ap-  
penditis suis: quiautem omnia dicit,  
nihil excludit. deinde ut generi  
per speciem derogatur; ita specia-  
lis præsumptio preualeat generali.  
Menoch. de præsumpt. l. 1. q. 29. n. 7.  
adde argumentum d. c. cum dilec-  
ti. vt interpretatio fiat plenissi-  
mè in beneficijs, cum id admittit  
fanus intellectus.

Id quod iuuat summopere  
quod monasterium S. B. iam  
olim fuerit in possessione aucupandi,  
& elocandi aucupationem per-  
dicum: vt ex munimentis constat;  
& probatum fuit Ostiario, qui ma-  
nu-tenuit Abbatem & conuen-  
tum in d. possessione, cum pecuniali  
interdicto secundum literas, non  
obstante appellatione. nec huiusmodi  
interdictum Ostiarij à Curia ha-  
cenus est mutatum: in dubio autem  
sermone, & iure melior est  
conditio possidentis. c. in pari. de  
præsumpt. qui res certas excipit, inquit

13 reg.

*reg. iur. in 6.* & quando actor non potest probare rem suam esse, remanet in suo loco possessio. *s. resi-*  
*nend. inst. de interdiu.* & hic præsumptionem facit donationem Ducis ius ancupandi ex antiqua interpretatione comprehendisse, secundum quod & verborum donationis generalitas probat, & exceptio in non exceptis firmat regulam: & quia decet concessum à Principe beneficium esse mansum. *c. decet. de reg. iur. in 6.* & id quod nostrum est sine facto nostro ad alium non potest transferri. *I. id quod. D. eod.* nec à quopiam plus iuris in alterum, quam ipsi competit, *c. 79. cod. in 6.* sed is qui in ius succedit alterius eodem, quo ille, vti debet: *c. 46. eod.* se quiratur ancupandi facultatem monasterio semel concessam, non potuisse auferri; nec in alium plus iuris potuisse Ducem amplius transferre, quam ipsi iam competeret. sed eum qui oppignoratum nunc possidet dominium alta iustitiae seodem tantum iure nunc posse vti, quo Dux potuit post donationem monasterio factam. adeoque oppignorationem ex communi formula factam, seu venditionem, præindicare non potuisse d. monasterio, aut empori ius trahere in re ante monasterio donata: sed tantum actionem ex emto ad præstandam euacionem: debereque monasterium relinqui in iure, & possessione ancupandi. ceterum quod spectat ad dominium alta iustitiae Duci reseratum, ex d. formula translatum est in C. quondam villicum Ducis, præter illa qua eadem formula excipit, inter qua diserte non excipitur venatio ferarum, in d. sylua Duci reserata.

13. Enimvero quamquam per Brabantiam nobiliter cuius venari licet, tamen alias retia tendere, aut ignobiliter venari, nec in fundo quidem suo licet. *Grotius ubi supra.* multis tamen locis pagorum

Domini quilibet in suo districtu ius venandi elocant, retia & laques tendi permitunt in rem suam; alijs prohibent: & in huiusmodi elocatione, seu visitate partem dominici juris constitutae putant. sicut responsum est auctum venationemque in fructu esse: *I. 26. D. de usfructu adeoque & hic dicendum erit hanc dominici juris partem d. donatione Ducis comprehensam fuisse, atque ideo etiamnum d. monasterio competere.*

Que de perdicim auctu diximus; ex iisdem causis tribuenda sunt monasterio, quod altarum volucrum nobilium, & quadrupedum venationem; excepta grandiorum ferarum venatione in d. sylua de H. Duci reserata.

Mandati.

### RESPONSVI.

*Commisso apostolica nullatenus est excedenda.*

**B**Reue, de cuius terminis & intellexitu quæstum fuit, ita habet; *Cum ven. frater Ambro-  
pus C. qui nostri & huius sancte Sedis  
Apostolice in Belgicis ditionibus Non  
munere functus fuit, ad aliam Vrbem  
nostram, iussa nostre redierit, No n  
propterea negotia contentio iuris  
fitionis earundem ditionum, aliquæ de-  
trimenta patientur, prouidere volente,  
ac de tua fide, prudentia, integritate,  
doctrina & religiosis zelo plurimum  
Domino confisi: Tibi ut ademptum  
noscum quamcumque iurisdictio-  
nem contentiam infra limites legationis,  
eidem Nuncio pro tempore  
existenti, de iure, vfa, consuetudine,  
aut in vim quarumcumque facultatum,  
& indultorum apostolicorum quomodo  
libet competentem, & alias eidem me-  
do, & forma, quibus Nuncio hinc  
modi in dicta legatione existens p[ro]p[ter]e,*